

re, ac fo' à nab ex acta & scrupulosa inquisitione extimitur, & ne negligentia nomine teneatur: Menoch. pluribus laudatis, d. quæst. 164. num. 1. Padilla in l. cum necessitate, n. 7. C. de fidei commiss. Mantic. d. tit. 8. n. 32. Escobar. d. cap. 5. num. 5. Crass. de successib. §. Legat. n. 40. n. 1. Guttier. n. 37. vers. Sed nihilominus, Paris. conf. 89. n. 34. lib. 1. Cyriac. dict. contro. vers. 73. n. 28. 29. Cancer. n. 86. Bæza de decim. tutor. c. 2. num. 160. sed quamvis ob culpam non teneatur tutor, propter liberationem à reddendis rationibus; tamen lata culpa excipitur, propter quam, cum compareretur dolo, poterit condemnari; Anton. Gom. num. 83. Cancer. Cyriac. Escobar. ubi proximè. Amplia ut n. seq.

Verf. Imò, & hæc opinio.

33 Adde Cancer. n. 87. Mantic. num. 29. cum aliis; Menoch. num. 4. 7. ubi plures, Guttier. num. 38. Padilla. num. 2. 3. Signorol. conf. 110. num. 7. 8. Ruin. conf. 69. num. 5. lib. 2. Escobar. n. 17. Præterea liberatio à reddendis rationibus, etiam per verba amplissima non excusat tutorem, ne de lata culpa conveniatur, Escobar. num. 16. Menoch. num. 6. Bolognini. conf. 13. Cancer. n. 86.

Ibi: Ex quibus deducitur etiam expressim.

34 Dolum pro futura administratione remittere, etiam expresse, nemo potest; Menoch. num. 5. Escobar. n. 15. Crot. in l. nemo potest, num. 54. vers. Hæc conclusio ff. de legat. 1. Padilla. n. 1. 2. & in l. actione num. 1. C. de transact. Cancer. num. 87. Guttier. num. 39. Anton. Gom. num. 83. vers. Quod subintelligit, Gregor. Lop. in l. 29. glof. 1. tit. 11. part. 3. Farinac. in fragment. crimin. lit. D. verb. dolus, num. 171. & verb. juramentum in litem, n. 1996. ubi latè.

Ad num. 4.

35 Licet testator possit tutorem inventarii confessionem remittere, Guttier. in l. nemo potest, n. 405. ff. de legat. 1. Farinac. d. verb. juramentum in litem, n. 1092. Bæza, sup. n. 48. Fachin. controversiar. lib. 6. cap. 2. Escobar. c. 9. num. 45. Tusch. lit. I. con. 274. n. 50. Ad illud tamen conficiendum Judex tutorem compellere potest, quoties sibi ita expedire pupilli utilitati visum fuerit, Cancer. sup. num. 93. Jul. Clar. in prax. §. testamentum, quest. 66. in fine, Molin. de primogen. lib. 1. cap. ult. num. 16. Bernard. Diaz. reg. 769. in 1. limitat. Guttier. ubi proximè, num. 412. Cyriac. tom. 1. controvers. 93. num. 19. Mantic. sup. lib. 3. tit. 3. num. 19. Escobar. dict. cap. 9. num. 54. Cabed. decis. 136. n. 7. Bæza, num. 49. Pat. Molin. de justit. tract. 2. d. sp. 223. Farinac. ubi proximè, n. 1097. Quod si tutor parere detrectet Judicis præcepto, ipse inventarium facere debet, Escobar ubi proximè. Hæc tunc vel maximè obtinent, quando causa adest, quæ postea supervenit, aut fuerat incognita testatori, quæ si eidem manifesta fuisset, verosimile non est, ut inventarium fieri prohibuisset, Guttier. sup. & de tutel. part. 2. c. 1. n. 40.

36 Similiter observatur in patre administrante bona filii sui, in quibus usufructum habet, quem (quamvis à lege immunis sit à necessitate conficiendi inventarii, ut notavi sup. lib. 1. c. 8. num. 30.) potest Judex ex causa constringere ut conficiat illud, Pinel. in l. 1. part. 2. à n. 23. C. de bon. matern. Cancer. sup. n. 95.

37 Per contrarium inventarium ne fiat, Judex præcipere valet, quando ita pupilli interesse putaverit, veluti ad celandam paupertatem, Bart. in l. Judex qui repertorium, n. 19. ff. de administrat. tutor. Ripa in l. nemo potest, num. 81. ff. de legat. 1. Guttier. ibidem n. 413.

38 Nec prætermittendum est, quod tutor à confessione inventarii per testatorem liberatus, rationes suæ administrationis, si ve eorum, quæ recepit, debet reddere, Cancer. n. 85. Imo deseribere bona pupilli ad faciliorem probationem cogetur, Molin. sup. lib. 1. cap. 15. numer. 34. Guttier. in dict. l. nemo potest, num. 411. ubi alii, & de tutel. part. 2. c. 1. num. 39. Bæza num. 50. Quæ descriptio Tabellione interveniente fieri debet, de qua praxi testatur Mynsinger. observat. 95. num. 3. ubi & testes desiderat de familia, vel cognatione, licet in patre legitimo administratore lo-

quatur Inventarii verò confessioni, etiam Judex de jure interesse debet, l. 15. tit. 16. part. 3. ubi Gregor. Lop. glof. 3. tametsi de consuetudine, præsentia, aut decretum Judicis non sit necesse, de quo Gregor. Lop. sup. Guttier. de tutel. part. 2. c. 1. n. 81. cum seqq. Bæza d. c. 2. n. 51. Forma autem, qua inventarium faciendum est, traditur in l. 99. tit. 18. p. 3.

Ibi: Quia remissio ista conficiendi inventarium. 39

Remissio conficiendi inventarii facta tutore non intelligitur quoad liberorum legitimam, cui pater, nec directè nec indirectè potest præjudicium inferre, Escobar c. 5. n. 22. & cap. 9. numer. 52. qui d. n. m. 22. generaliter loquitur in omni remissione facta administratori; & ita verum est. Idem procedit quoad creditores, quibus testator remittendo inventarii confessionem officere nequit, Bald. in l. fin. §. Cum legitur, C. de jur. deliberand. Guttier. dict. cap. 1. numer. 42. Jul. Clar. sup. d. quæst. 66. num. 2. Cras. de successio. §. Inventarium, quest. 2. num. 3. vers. In fraudem creditorum, Farin. sup. num. 1094.

Verf. Caterum adversus communem.

Hanc opinionem his & aliis Authoribus laudatis, refert Menoch. d. pres. 164. num. 8. Padilla in d. l. cum necessitate, num. 3. Guttier. d. tutel. part. 3. cap. 1. num. 38, qui illam reprobant.

Verf. Primum, nunquam dolum.

Dolus verus nunquam remissus censetur, nisi de voluntate disponentis ita manifestè constet, ut minimè possit dubitari, l. qui plures 42. ff. de administrat. tutor. l. si servus veritus 122. ff. de legat. 1. l. Aurelio 21. §. 1. ff. de liberat. legat. l. 30. tit. 11. part. 3. ubi Greg. Lop. glof. 5. ad medium, qui ait tam inter vivos, quam in ultimis voluntatibus procedere. Mantic. d. lib. 9. tit. 8. n. 19. 36. Tusch. lit. L. con. 326. n. 73. 79. Cancer. part. 1. cap. 7. num. 91. Guttier. num. 41. Escobar. cap. 40. num. 7. Menoch. num. 10. Anton. Gom. dict. c. 12. num. 83. Flores de Mena variar. lib. 1. q. 15. num. 5. Cyriac. d. controvers. 73. n. 22. Malfcard. de probat. con. 1252. n. 8. Farinac. in fragment. lit. D. num. 252. Hevia Bolaños in commerc. terrestr. lib. 2. cap. 10. num. 4.

Ratio hujus conclusionis est; nam ea, quæ in specie non 41 esset quis verosimiliter concessurus, non veniant in dispositione, nisi de ipsis expresse mentio fiat; cap. in generali 81. de reg. jur. in 6. l. si mercedem 55. §. ult. ff. de actionib. empt. l. obligatione generali 6. ff. de pignorib. Menoch. conf. 1007. num. 2. delictum autem in se per dolum perpetratum verosimile non est, ut quis condonare velit, atque idè exceptus præsumitur in qualibet dispositione, aut remissione generalis. Alias rationes videre licet apud Cellsum Bargal. tract. de dol. lib. 2. in 3. divisioe, rubric. de dol. praterit. & futur. n. 35. cum aliis.

Verf. Secundum etiam si glossa.

Videas Greg. Lop. ubi proximè, Farinac. n. 156 cum seqq. 42 Escobar d. c. 40. n. 17. Guttier. n. 44. Cell. Bargal. sup. num. 52. Ofsch. decis. 58. num. 53. & verius videtur, non censeri dolum remissum verum sub generali liberatione, quanquam nihil dolo adfit. At si remittatur actio, probeturque, creditorem doli conscium fuisse, dolus verus in liberatione continebitur, quando nullum ex eo lucrum debitor percipit. De dolo præsumpto, vide Farinac. n. 190. 191.

Verf. Tertium, non idem est.

Hanc distinctionem probat d. l. qui plures 42. ff. de administrat. tutor. l. si quis rationes 10. ff. de liberat. legat. ex quibus passim DD. illa uti solent.

Ibi: Licet qui reliqua non restituit.

Qui quod ex administratione debet, non restituit, dolo 43 sus præsumitur, Menoch. d. præsumpt. lib. 5. pres. 3. n. 93. Escobar. cap. 42. n. 19.

Verf.

Verf. Quartum, licet.

44 Dolus præteritus tacitè, vel expressim remitti permittitur, l. actione 4. C. de transact. l. si quis rationes 10. l. Lucius 13. l. Avelius 29. §. Titius, el. 2. ff. de liberat. legat. l. 29. tit. 11. part. 3. Menoch. d. pres. 104. n. 11. Cancer. n. 87. 92. Anton. Gom. ubi proximè, & in l. 9. Taur. n. 18. Greg. Lop. in d. l. 29. glof. ult. Guttier. d. c. 1. n. 32. in fine, & n. 41. Padill. in l. actione, n. 6. C. de transact. Damauder. de tutor. c. 3. n. 41. Escobar d. c. 40. nu. 13. Fachin. sup. lib. 5. c. 51. Cyriac. de contr. 73. n. 27. Flor. de Mena sup. n. 6. Guazzin. de defens. reor. tom. 1. defens. 2. c. 6. nu. 8. ubi intelligit quoad remittentis damnum, non quoad publicam vindictam, Farin. sup. n. 151. Bargal. n. 6. cum aliis, & lib. 6. reg. 6. ex n. 1. qui latè agit.

Ibi: Dolus autem verus.

45 Dolum quoad futuram administrationem remitti non posse, diximus ex multis sup. n. 34. & generaliter quod dolus futurus remissione tolli prohibeatur, probat dict. l. 29. tit. 11. p. 3. ubi Greg. Lop. Mantic. d. tit. 8. n. 21. Anton. Gom. in l. 9. Taur. n. 16. Pet. Greg. syntagmat. lib. 2. l. c. 2. n. 12. Fachin. sup. Menoch. de arbitrar. lib. 2. cas. 37. num. 14. Donell. commentar. jur. civil. lib. 16. c. 6. col. 6. Vivian. in prax. jur. patronat. lib. 4. c. 4. n. 56. Malfcard. variar. lib. 2. c. 19. num. 40. Guazzin. sup. n. 2. Malfcard. d. con. 1252. n. 16. Tusch. lit. D. con. 588. n. 1. Cell. Bargal. d. reg. 6. à n. 10. Farinac. cum pluribus, n. 156. Ratio, quæ traditur ab omnibus, est, ne detur occasio delinquendi.

46 Unde inferitur, quod licet remissio jurejurando roboretur, nullum effectum fortietur, cum juramentum vinculum iniquitatis esse non debeat, c. quanto 18. §. Super, de jurejurand. c. inter cetera, 22. q. 3. Ita docet Seraphin. de privileg. jurament. privileg. 108. n. 10. Hermosill. in l. 6. glof. 11. n. 42. tit. 5. p. 5. Vivian. ubi proximè, Guazzin. n. 3. Decian. tract. crimin. lib. 3. c. 24. n. 2. quanquam contrarium teneat Farinac. sup. n. 187. cum Abbate in cap. quem admodum §. fin. n. 14. in fine, de jurejur. Everard. in loc. leg. lib. loc. à virtute juramenti, n. 63. Bayer. in tract. de jurament. n. 112. Bargal. sup. lib. 2. c. 2. rubric. de dol. futur. num. 40. Quæ sententia nititur expressæ Pontificiæ decisioni in c. quem admodum 25. Quod si expresse de jurejurand. ubi promissio viri cum juramento de non accusando uxorem de adulterio futuro valet, servarique debere, definitur.

47 Imò dolum futurum etiam verum tacitè remitti posse, sentit Seraphin. sup. privileg. 91. num. 5. Guazzin. d. c. 2. n. 5. Mantic. ubi proximè, n. 52. qui alios refert, ac quæstionem ex professo disputat à nu. 47. ubi contrarium tenentes recenset, & Farinac. num. 174. Ex quibus constat adversus Mantic. extare communem opinionem, quæ enim tacitam doli futuri veri liberationem excludit. Sed Manticæ ad stipulatur urgentissimè l. si unus 27. §. Illud nulla, ff. de pact. quæ apertè videtur distinguere, inter expressam, & tacitam doli futuri remissionem. Cui posset responderi, quod et si in actione depositi (de qua in d. §. illud, agitur) regulariter solum veniat dolus, l. contractus 23. ff. de reg. d. jur. multum interest an dolus expressim, vel actio depositi remittatur; in priore enim casu voluntas deponentis, vel alterius cujusque sic remittentis est, quod alter circa rem depositam, vel negotium, quod agendum est, absque fraude, & iniquitate se gerat; quod si aliter fecerit, eidem delictum condonatur, quo ad delinquendum præstatur ansa, & hoc bonis moribus repugnat. At in posteriore, qui pacificatur, ne depositi agat, delictum ipsum tollit; nam ex eo quod liberare vult ab actione depositarium, censetur ei permittere, ut re deposita pro libito utatur; atque ita licet quicquam perperam faciat, dolum non perpetrat, qui in volentem non datur; cap. scienti 27. de reg. jur. in 6. l. nemo 188. ff. eod. quis enim dubitat, quin possit Dominus, qui in re sua est moderator & arbiter, l. in re mandata 21. C. mandata, sic rem suam alij tradere, ut quomodocumque circa eam impune verteretur, quæ consideratio locum habere nequit, ubi doli mentio fit in liberatione. Nec novum est in jure, ut expellam idem, quod tacitè inest, aliter operetur, quam tacitum, si ita legatum 68. §. Illi si volet, ff. de legat. 1.

l. non nunquam §. 1. l. si ita expressum 68. ff. de condit. & demonstr. 48

Ex quibus facile conciliandæ veniant contrariæ propositæ opiniones; nam communis procedit, ubi dolus non tollitur, sed commissus in futurum remittitur; quod nullo modo, nec tacitè fieri permittitur, cum præstatur ansa delinquendi. Manticæ verò intelligi debet, quando Domini voluntate fraus penitus excluditur à principio, quoniam nullam est delictum, re aliena abuti, Domino consentiente; qui consensus per remissionem actionis depositi, in qua nihil aliud venit nisi dolus, satis manifestus præstat; quæ quidem Consultus insinuat in d. §. illud, ubi; Id pactus videatur, ne de dolo agatur. Verbum namque, videatur, frequentissimè denotat, rem aliter se habere, quam menti primo aspectu proponitur; quo ostenditur, aliud esse pacifici, ne de dolo agatur, & aliud, ne depositi; cum prius bonis moribus opponitur, quia ad delinquendum invitatur; posterius non utique, quandoquidem dolus excluditur, ut dictum est.

Verf. Quintum, dolus præsumptus.

Dolus præsumptus etiam futurus jure remitti permittitur, 49 Greg. Lop. in d. l. 29. glof. 1. in fine, Menoch. sup. pres. 164. n. 9. Vivian. & Seraphin. ubi proximè, Guazzin. num. 6. Guttier. d. cap. 1. num. 42. Padilla. in d. cum necessitate, n. 4. Decian. sup. n. 4. Malfcard. d. con. 1252. n. 19. Alciac. in l. actione, num. 41. C. de transactioib. & est magis communis sententia: quanquam contrariam post Castrensi, & Jason. in d. l. si unus §. illud, ff. de pactis, & alios, quos recenset Farinac. sup. 176. defendat Flores de Mena, d. q. 15. à num. 6. quem sequitur Cancer. nu. 88. Sed quoniam diversis distinctionibus pro conciliatione eorum opinionum utuntur Interpretes, videre oportet Flores de Mena, & Farinac. ex n. 77. ubi plures congerit Ad quæ facit egregia doctrina Molin. de primogen. lib. 2. cap. 5. num. 18. ubi latè probat, quod et si in amplissima facultate dolus verus futurus videatur semper exceptus, præsumptus comprehenditur, ita ut si quid commissarius lata culpa faciat, non sit irritum. Et quamvis D. Covar. sententia vera sit, posset limitari, quando dolus præsumptus remittitur generaliter, aut perenne incertæ; quoniam præberetur occasio delinquendi hominibus improbis, qui tali remissione abuterentur ad fraudandum; secus autem est, si persona remittenti sit cognita, quam propter morum probitatem liberaret à futuro dolo præsumpto, cum jam cesset periculum, ut præterito remissionis delinquatur, præsumptioque doli eliditur propter remittentis approbationem.

Ut dicas, qui dolus verus, & qui præsumptus dicatur; 50 consul Menoch. de præsumpt. lib. 5. pres. 3. per tot. Bart. in l. quod Nerva, num. 14. ff. de deposit. Pacian. de probat. lib. 1. c. 66. n. 183. Aug. Barbof. in collectan. ad d. l. si dolo §. à num. 15. C. de rescindend. vendit. ex quibus constat, non esse facile, differentiationem inter dolum verum & præsumptum constitutur; videtur tamen dicendum, dolum verum esse, qui nulla probabili ratione potest excusari; præsumptum verò, qui licet ex aliquo actu, vel omissione arguatur, suadentibus conjecturis vero similibus; aliqua rationabili causa potest excludi.

Verf. Sextum & illud.

Adde Guttier. ubi proximè.

Verf. Septimò, erit considerandum.

51 Sequitur Gregor. Lop. in d. l. 29. glof. 1. Escobar d. c. 5. n. 8. Guttier. n. 44. 45. Menoch. d. pres. 164. n. 9. Padilla ubi proximè, Farin. n. 156. vers. Et ex prima parte.

Verf. Octavo deducitur.

Tutor, cui legatum fuerit, quicquid damnatus sit restituere ratione doli circa futuram administrationem, conveniri poterit pro eis, quæ ex dolo vero debuerit; quamvis locupletior ex eo factus non reperitur, Guttier. n. 46. Menoch. d. pres. 146. n. 5. Escobar d. c. 5. n. 15. dolus enim futurus, nec directè, nec indirectè remitti potest; quod absque distinctione docent communiter DD. ut pluribus laudatis, probat. n. 172.



Ibi: *Receptum tamen est.*

53 Hoc ideo, quia dolum non praesumitur. *cap. penult. de crimin. fall. dolum. 6. C. de dolo. Menoch. de praesumpt. lib. 4. praef. 1. 2. n. 2. Surd. de aliment. tit. 4. qu. 1. 5. n. 5. 1. Cyriac. tom. 1. controv. 180. n. 16.*

Ibi: *Ultimo omittendum non est.*

54 Tutor, cui testamento relicto est omne illud, in quo ob futuram administrationem fuerit damnatus, non tenetur eo quod non confecerit inventarium, quia dolum praesumptus futurus ita remissus censetur, Guttier. num. 47. Menoch. de arbitrar. lib. 2. cap. 2. 208. num. 25. ubi de tutore a reddendis rationibus liberato, cui non imputatur omisso conscientiam inventarij.

Ibi: *Cum aliqui contra tutorem.*

55 Variis penis afficitur tutor, qui omittit inventarij confessionem, de quibus Guttier. de tutel. part. 2. cap. 1. n. 1. 8. cum segg. Baëza. sup. d. cap. 2. x. n. 5. 3. inter eas enumeratur, quod adversus eum in litem juratur; Cancer. num. 106. Roland. conf. 49. num. 18. vol. 1. Escobar. sup. c. 9. num. 17. Guttier. num. 27. Afflict. de iur. 2. 207. num. 4. Cavalcan. de tutor. num. 59. Baëza. num. 53. Plot. de in lit. jurando, nu. 194. Ayora de partitionib. part. 1. cap. 2. n. 17. Farinac. in fragment. lit. l. n. 1093. Seraphin. sup. privileg. 32. num. 52. Tusch. lit. l. 1. conc. 538. numer. 28.

56 Similiter in litem juratur, quando tutor librum rationum non exhibet, quo accepti ac dati fieri possit computatio; Menoch. ubi proximè, n. 16. Escobar. cap. 10. n. 1. Mascard. sup. conc. 531. num. 66. Seraphin. ubi proximè, Farinac. numer. 1062.

57 Quae omnia ampliantur, ut etiam in parentibus liberorum suorum tutelam administrantibus procedant, Escobar. c. 9. à num. 12. Phanuc. de in lit. jur. part. 2. c. 2. num. 40. vers. Contra matrem, Guttier. de tutel. part. 1. cap. 8. n. 46. cum aliis, Tusch. ubi proximè, n. 33.

58 Sed si inventarium, libere rationum ita confectus sit, ut clarè non constet de quantitate, aut qualitate eorum, quae descripta in eo sunt, in litem iuramentum defertur pro illis, quae sic dubia sunt; Caputachen. decis. 119. part. 2. Guttier. d. c. 1. num. 18. Phanuc. num. 30. Menoch. num. 19. 20. Escobar. cap. 9. num. 68. & cap. 10. num. 49. Hoc ipsum observatur, si quid omisissum fuerit in pupilli detrimentum, Marchard. ubi proximè, num. 67. Tusch. lit. A. conc. 208. n. 17. Greg. Lop. in l. 6. glof. 3. tit. 11. part. 3. ubi quod requiritur, ut dolo omisissum sit; sed hic praesumitur, nisi rationabilis causa excuset, sicut in inventarij totius omissione; nam de toto ad partem argumentum sumitur; l. quae de tota 75. ff. de revendic.

59 Excusatur vero tutor tam à juramento in litem, quam à ceteris penis, quas non conficiens repertorium sustinere debet, quando ob iustam causam non confecerit illud, l. tutor. qui repertorium, 8. ff. de administrat. tutor. Farinac. ubi proximè, num. 1085. Phanuc. num. 40. Guttier. num. 34. Escobar. num. 55. cum segg. Baëza. num. 48. Idem est, si per testatorem fieri prohibeatur, aut tutor ab onere conficiendi inventarij per ipsum liberetur, Farinac. num. 1092. Escobar. num. 45. Phanuc. num. 43. Guttier. num. 35. Tusch. lit. l. conc. 247. n. 50. Alias causas, ex quibus tutor impunè inventarium facere omittit, tradunt praefati DD. quas in unum congessit Aug. Barbos. in collectan. ad l. fin. à n. 15. C. de in lit. jurando.

Ibi: *Non tamen contra tutoris haeredem.*

60 Praefatum iuramentum in litem non defertur contra tutoris haeredes, nisi cum illo litem fuisset contestata. Cancer. part. 1. cap. 7. num. 102. Greg. Lop. sup. glof. 8. Guttier. num. 28. Escobar. d. cap. 8. num. 17.

61 Rursus, mortuo eo, cuius bona à tutore administrata sunt, cessat iurandum in litem; quod regulare est, quoniam haeredi damnatum passim nunquam defertur, nisi vero simile sit, ut scientiam valoris rei, de qua agitur, habeat; alioqui perjuris via aperietur, Escobar. ubi proximè, à n. 32. Menoch. d. cas. 208. n. 12. & cas. 190. à n. 5.

Ibi: *Unde licet controversum sit.*

Ex dolo etiam vero defuncti in litem adversus haeredem non juratur, nisi lis cum antecessore fuerit contestata, Guttier. ubi proximè, Mascard. conc. 471. n. 13. Phanuc. sup. dict. part. 2. cap. 4. à num. 13. Tusch. lit. l. conc. 538. n. 36.

Ibi: *Ab omnibus tamen.*

Idem ob dolum praecipuum dicendum est, Guttier. sup. 63. Vide inferius.

Ad Num. 5.

Questionis est, num propter dolum praesumptum, possit adversus aliquem in litem jurari; & partem affirmativam cum D. Covar. sustinent Mascard. conc. 934. n. 18. Farinac. cum aliis, n. 1022. Phanuc. d. part. 2. cap. 2. n. 5. cum sequentib. Pet. Barbos. in l. si mora, in pralud. n. 33. ff. solut. matrimon. Mancin. de jurament. part. 2. art. 8. num. 17. Setfer. eodem tract. lib. 5. cap. 6. ex num. 7.

Ibi: *Ob dolum praesumptum in litem non jurari.*

Ita sentiant contra proximè laudatos, Plot. sup. §. 50. 65. n. 25. vers. Decimoquinto limita, & n. 30. vers. & ita teneo, Jal. conf. 174. n. 26. vol. 2. Cyriac. tom. 1. controv. 123. n. 13. Pro quarum sententiarum concordia dici poterit, hoc iudicis arbitrio relinqui, qui secundum doli praesumptiones decernat, tan in litem iurandum sit, necne.

AD CAPUT XV.

Successor universalis, vel singularis, an possit à locatione antecessoris ante expletum tempus resilire.

SUMMARIUM.

- 1 DD. videndi laudantur.
- 2 Successor universalis, vel haeres, utrinque tenetur stare ante-cessoris locationi; usque ad num. 5.
- 6 Fiscus succedens in bona ejus, qui locavit, aut conduxit, stare contractui compellitur.
- 7 Pensione anticipatè soluta tam fiscus, quam alij successores debent approbare.
- 8 Quibus casibus universalis successor stare locationi non cogitur, ad n. 13.
- 14 Successor singularis locationi stare non obligatur.
- 14 Quid de majoratus successore, n. 16.
- 17 Dominus proprietatis locationi usufructuarij stare non cogitur.
- 18 Quid de locante usufructum rei suae.
- 19 Quid de fideicommissario.
- 20 Quid de Domino directo quoad feudatarium, vel emphyteutam.
- 21 Limitantur dicta ex n. 15.
- 22 Limitatur conclusio tradita sup. num. 14. usque ad n. 35.
- 36 L. si mercedem, §. ult. ff. de action. empr. intelligitur, & n. 37. 38.
- 39 Donator quando de evictione teneatur, & n. 40.
- 41 Conductor ad longum tempus ejici à singulari successore non potest.
- 42 Qui conduxit cum hypotheca ad implementum contractus, expelli à successore singulari nequit, de quo ad n. 47.
- 48 Conducens rem cum hypotheca, potest eam retinere ad implementum contractus.
- 49 Colonus cum hypotheca an possit ejici à singulari successore, si ei totale interesse persolvatur? & n. 50.
- 51 Quid si locatio fuerit iuramento roborata? ad n. 55.
- 56 Pactum de non alienando cum hypotheca an impediatur dominij translationem, ad n. 59.
- 60 Inquilinus ex quibus causis ejici à locatore ante finitum tempus locationis possit?
- 61 Dominus potest expellere inquilinum, non finita locatione, si domo propriis usibus eget, ad n. 80.

81 Mulier

81 Mulier, soluta matrimonio, utrum stare locationi à marito facta teneatur? ad num. 94.

90 Minor adimplere debet locationem à tutore factam, & num. 91.

95 Maritus an expellere colonum possit à praedio dotali per mulierem locato, & n. 96. 97.

98 Pralatus, Beneficiarius, Rector Ecclesiae, & similes, quando cogantur locationem antecessorum eximplere? usque ad fin. cap.

DE materia hujus capituli fuscè differunt Vincent. Caroc. in tract. locat. & conduct. rubric. de successor. per tot. Marefcot. variar. resolut. lib. 1. c. 1. & Greg. Lop. in l. 19. tit. 8. part. 5. Cardin. Mantie. de tacit. & ambig. convent. lib. 5. tit. 10. Pet. Barbos. in l. si filiosam, §. ult. ff. solut. matrimon. Merlin. de legitimis, lib. 3. tit. 2. quest. 2. 1. & de pignorib. lib. 4. q. 17. 2. Pat. Molin. de just. & jur. tract. 2. disp. 490. Scapuccin. de successor. singulari, reg. 1. Aug. Barbos. in collectan. ad l. emptorem, C. de locat. Statil. Pacific. de Salvian. interdict. inspect. 4. c. 1. Ant. Gom. variar. resolut. lib. 2. c. 3. à n. 7. Guttier. Canonica. q. lib. 2. c. 8. Cancer. variar. resolut. par. 1. c. 14. ex n. 30. Card. Lug. de just. tom. 2. disp. 29. de locat. sect. 1. à n. 16.

2 Successor universalis, qualis est haeres, nequit à contractu locationis per antecessorem celebrato recedere, l. si in lege 27. §. fin. ff. locat. l. si cui, 17. ff. de liberat. legat. §. ult. Inst. de locat. & conduct. Caroc. q. 7. à princip. Ant. Gom. n. 7. Cancer. num. 31. Mantie. sup. tit. 9. num. 2. Pat. Molin. disp. 489. n. 4. Morla in empor. jur. part. 1. tit. 10. quest. 2. num. 2. Tiraquel. de retract. lignag. §. 2. 6. glof. 3. num. 30. Greg. Lop. in l. 2. glof. 4. tit. 8. part. 5. Gratian. disceptat. forens. c. 247. num. 45. Guttier. num. 51. Roderic. Sinar. in l. post rem judicatam, ampliat. 10. num. 46. ff. de re judicat. Franc. Marc. decis. 627. num. 7. part. 1. Pichard. in d. §. ult. n. 1. Inst. de locat. Quod verum est tam ex parte locatoris, quam conductoris, dict. l. 2. tit. 8. part. 5. ubi Gregor. Lop. glof. 3. Pat. Molin. sup. Card. Lug. num. 16. & generalis regula constituenda est, ut quoties locatoris successorem ad locationis implementum teneri dixerimus, idem de eo, qui conductori successerit, intelligendum sit, & è contra; quia cum correlativi sint, non debent ad imparia judicari; argument. l. 1. C. de cupressis ex ludo, & c. lib. 11. notatur per Marefcot. num. 15. 16. Aug. Barbos. num. 5. Merlin. dict. quest. 172. num. 3. cum segg. Ant. Gom. num. 9. Pacific. num. 12. Surd. decis. 52. num. 9. 10. Greg. Lop. in l. 19. glof. 2. tit. 8. part. 5. Cancer. ubi proximè, & est textus in l. qui fundum 35. ff. locat. erit tamen limitandum, quando diversa militat ratio; veluti si Causa, vel locus plus succedat, qui ex privilegio stare non cogitur locationi; quamvis alter contrahens ab eadem recedere non permittatur, nisi ex parte praeteritae Causae consensus praestetur, ut observat Caroc. sup. question. 20. alios refertens: Vel nisi cedatur actio emptori, Pat. Molin. dict. disp. 490. num. 1.

3 Ratio principalis supra traditae conclusionis est, quia talis successor una eademque persona cum defuncto ad juris effectus existimat, Authent. de jurejur. à morient. praestit. in princip. collat. 5. Ideoque actio locati, quae personalis est; quemadmodum, & ceterae hujuscemodi, in illum transferuntur; l. haeres 37. ff. de acquir. haered. l. 2. C. de haereditarijs actionibus; & ipsum sequitur: ita Guttier. sup. Ant. Gom. num. 9. & d. lib. 2. cap. 11. ex num. 12. Duñas, reg. 240. limit. 1. Card. Lug. sup. & alij.

4 Eadem conclusio procedit, siue locatio sit temporalis, siue perpetua; l. viam veritatis 10. C. de locat. Caroc. d. quest. 7. n. 4. & tam in haerede extraneo, quam suo: Bald. in cap. litera, de dilationib. Magon. Lucens. decis. 11. num. 5. Caroc. num. 14.

5 Praeterea locum habet in locatione operatum coherentium personae locatoris propter artis peritiam; nam ejus haeres compellitur opus per alium aequè idoneum perficere, quod nec conductor poterit reculare, maxime si aliquid locator operis faciendi gratia impendit. Sic sentiunt Anton. Gom. d. c. 3. n. 7. Molin. sup. Greg. Lop. in l. 9. tit. 8. part. 5. ubi textus. Quicquid teneat post alios Caroc. num. 25. qui debet intelligi, cum operæ per alium pari industria exhiberi non valent: quod & praefati DD. non inficiantur.

Fiscus quoque in universitatem bonorum succedens, sub eadem regula comprehenditur, qui colonum expellere non licet; Caroc. quest. 4. num. 2. Amat. variarum lib. 1. resolut. 29. n. 7. Ant. Gom. n. 10. Mantie. d. tit. 9. n. 5. 6. Dilac. de Britto in rubric. de locat. & conduct. part. 2. §. 5. num. 1. Card. Lug. num. 18. Imò si pensiones anticipatè pro futuris annis soluta sint locatori, nocebit fisco, ne eas à conductore possit exigere, nisi in fraudem solutio facta sit; Amat. ubi sup. Caroc. q. 25. n. 50. Boss. in praet. tit. Debitores an solvere delinquenti, & c. num. 7. 8. Sed omnia haec admittenda non sunt, quando post commissam delictum, ex quo statim reus bonorum dominio, & administratione privatur, ut in crimine haereticis, locatio facta est: cui stare Fiscus non astringitur: Ant. Gom. ubi proximè, vers. Quod ego noviter, sequitur Pat. Molin. disp. 491. n. 1. Pet. Barbos. n. 6. Card. Lug. sup.

Illud autem quod de solutionibus anticipatis asseruimus, in fisco, haeredi, cessionario, vel alijs à locatore post contractum causam habentibus commune est, qui nedum locationi stare debent, sed etiam anticipatè solutum approbare, ut observat Amat. ubi proximè.

Per contrarium praefata conclusio plures recipit limitaciones, quarum utilitate, ac frequentia potiores recensere debemus. Et primò limitatur in locatione facta ad beneplacitum, aut donec voluerit contrahens; quo defuncto, obligatio in futurum penitus extinguitur, haeresque in contractu perseverare nullo modo compellitur; Caroc. d. quest. 7. num. 15. Pat. Molin. d. disp. 489. num. 4. Valasc. consultat. 67. num. 3. Cardin. Tusch. practica. conclus. lit. L, conc. 413. qui aliud juris esse assererat, si dictum fuerit: Donec revocaverit. Nam locatio non extinguitur; haeres tamen poterit à locatione discedere, quemadmodum defunctus poterat; Pat. Molin. sup. qui obligationem cum sua qualitate transmisit; quae ex persona successoris immutari non solet; l. 2. §. ex his ff. de verb. oblig. Menoch. conf. 444. nu. 50. Quo casu locus non erit regulae; de qua sup. num. 2. ad fin. quoniam etsi successor ejus, in cuius gratiam pactam hoc est adjectam, non teneatur stare locationi, alter contrahens isto invito, resilire prohibetur, quod efficit voluntas contrahentium, à qua contractus legem accipiunt, l. contractus 23. ff. de reg. jur.

Secundo, & consequenter ad praemissa, limitatur conclusio praecedens in eleganti specie de quo jurisconsultus agit in l. sicut emptio 3. §. 1. ff. locat. ubi venditore decedente, successor ejus à locatione non prohibetur recedere, quamvis hoc emptori non liceat, nisi pretium solvat, quod provenit ex natura conventionis.

Tertiò limitatur, si haereditas conductoris vocaverit, quoniam qui locavit, ejusve successor rem alijs poterit locare, tametsi in ipsius potestate sit, id omittere, sine reque, ut pensiones currant, quas ex bonis defuncti percipiet; l. si uno 17. §. fin. ff. locat. Capyc. decis. 89. in fine, Caroc. num. 18.

Quartò limitatur, si locationi admisceatur societas, veluti si quis condaxerit praedium in quinquennium, & ex consensu locatoris alterum sibi socium assumpserit, isque se in solidum obliget, & ante finitum locationem obeat, quia res ipsius non manet astrictus, cum societas, cui locatio fuerat annexa, morte finitur, nec transeat ad successores; l. actione 66. §. Morie ff. pro socio. Ita O'asch. Pedemont. decis. 76. Caroc. num. 23. qui n. 44. extendit, etiam si mentio haeredis facta, sit excepta conductione vectigalium, in qua aliter observatur; l. verum 64. §. In haeredem, ff. pro socio, ubi notat Bartolus, Ruin. conf. 90. n. 8. vol. 1.

Quintò limitatur in conductore gabellarum, ac vectigalium, cujus haeres non admittitur ad proseguendam locationem, si minus idoneus videatur, Bur. in l. adeo, ff. pro socio, Bald. in rubric. C. cod. Caroc. sup. n. 28. quanquam ipse à locatione resilire non valeat; atque ita fallit regula posita, sup. n. 2.

Limitatur sextò, si haeres a leat haereditatem cum beneficio inventarij, quia locationi stare non cogitur; Caroc. num. 17. Quod mihi intelligendum videtur, quando ex hoc proprio patrimonio periculum immineret, quod duntaxat per confessionem inventarij consequitur: non vero liberationem à contractibus, & actionibus, quibus defunctus

Z 3 defunctus